

stinavit terrenum de novo ante proxime supra dictum millesimum,¹⁾ cui remanserit terrenum ad pastinandum et quem nondum perpastinaverit, possit et valeat libere sine pena pastinare totum id quod remanserit ad pastinandum tempore statuti

5 infradicti, facti²⁾ in millesimo trecentessimo tregessimo sexto indictione quarta. ¶ Et quod nulla persona sit ausa pastinare in districtu Tergesti aliquem campum vel pratum, sub pena libr. vigintiquinque par. pro quolibet laboratore vinee pastinate, ab ecclesia Sancti Servuli diocesis Tergesti et a villa Bagnoli

10 citra. Salvo quod ille persone que inceperunt pastinare de novo in contrata Silvole in millesimo trecentessimo tregessimo nono indictione septima, et nondum perpastinaverunt secundum formam statuti facti in eodem millesimo, totum id quod remanserit eisdem ad pastinandum valeant pastinare vel pa-

15 stinari facere; tamen alibi nullo modo pastinare possint, sub pena in statuto contenta. ¶ Preterea quicumque pastinare vel plantare voluerit aliquem // arborem in sua possessione, eam 173 A plantare debeat per passum unum cum dimidio comunis, infra suum terrenum, ita quod distet a confinibus possessionis consortium per dictum passum³⁾ et dimidium, et qui contrafecerit cadat ad penam octo frx. pro quolibet arbore, et nichilominus dictus arbor disradicetur, exceptis olivaris antiquis.

20 ¶ Et si qua persona conquesta fuerit de aliqua persona de aliquo arbore plantato vel plantando contra supradicta, tunc incontinenti facta querela dominium teneatur et debeat mittere extimatores comunis ad videndum si arbor fuerit plantata infra terram minus uno et dimidio passo ut dictum est, et credatur dictis extimatoribus de hiis que dixerit[n]t de predictis suo sacramento, et si dixerit[n]t arborem esse plantatam

25 minus uno et dimidio passo, tunc dicta arbor disturpetur et disradicetur incontinenti, et predicta facere teneatur dominium sine oblatione libelli et strepitu iudicii. ¶ Et si qua persona facere voluerit aliquod aquare vel pocale, debeat ipsum facere in sua possessione per unum brachium comunis distinctum et

30

¹⁾ millesimo. ²⁾ dicti intradicti facti (facti aggiunta marginale).

³⁾ Aggiunta marginale.